Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift

orabis tu ⁊ audiam. ego optuli memoriam orationis uiae in conspectu claritatis dei,
⁊ cum sepelires mortuos simplicit. ⁊ quia non es cunctatus excurgere ⁊ derelin
quere prandium tuum ⁊ abisti ⁊ diuisti mortuum. missus sum temptare te. ⁊ tte
rum me misit dns curare ⁊ murum tuum. Ego sum enim raphael unus ex septem angelis
iustis qui assistimus ⁊ ministramus ante claritatem dei. Esaya eq dns admonet ⁊ docet si
milia testans. Solue igitur omnem nodum iniusticie. resolue suffocationes iporen
tum commercium. dimitte quassatos in requiem. ⁊ omnem consignationem iniustam dis
sipa. Frange esurienti panem tuum. ⁊ egenos sine tecto induc in domum tuam. Si
uideris nudum uesti. ⁊ domesticos semiuos tuos ne despicias. Tunc erumpet
temporaneum lumen tuum. ⁊ uestimenta tua cito operient. ⁊ ibit te iusticia
⁊ claritas dei circumdabit te. Tunc exclamabis ⁊ dns exaudiet te. dum adhuc
loqueris dicet ecce adsum. Adesse se promittit ⁊ audire ac protegere eos se dicit.
q iniustitie nodos de cordis soluentes ⁊ elemosinas circa domesticos dei
secundum eius precepta facientes. dum audiunt quod dns precipit fieri. ipsi eq adiu
mentur audiri. Beatus apls paulus in necessitate posse adiutus a fribus. opera
que fuerunt sacrificia dono dixit esse. satiatus sum munera recipiens ab epafrodito ea
que a uobis missa est in odorem suauitatis sacrificium acceptum ⁊ placens deo. Nam
quando quis miseretur pauperi. deo fenerat ⁊ quod dat minimis his deo donat. spua
liter deo odorem suauitatis sacrificat. In orationibus uel celebrandis in uenimus obser
uasse cum daniele ⁊ tres pueros in fide fortes. in captiuitate uictores. horam
tertiam. sextam. nonam. sacramento scilicet trinitatis que in nouissimis temporibus
manifestari habebat. Nam et prima hora initium uenientis consumatum nume
rum trinitatis ostendit. Iterum ad sextam quarta precedens. dederat alteram trini
tatem, et quando a septima nona complet. per nas horas trinitatis perfecta nu
merat, que horarum spatia iam per dies spiritualiter demonstrantes adoratores dei ac
electi legitimus ad precem temporibus seruebant. ⁊ manifestata post modum res est.
sacramenta olim fuisse quam ante sic iusti precabant. Nam sup discipulos hora tertia
spiritus sancti ascendit. quia gratiam dominice passionis implebit. Iterum per horam sextam intentum
supius ascendens petrus. signo parte ⁊ uoce dimonentis istructus est. ut omnis
ad gratiam salutis admitteret. cum de emundandis gentibus ante dubitaret.
Et dns hora sexta crucifixus. ad nonam peccata nra sanguine suo abluit.
⁊ ut redimere ⁊ mundificare nos posset. tunc uictoriam suam passione perfecit.
Si nobis fres dilectissimi per horas antiquitus obseruatas. orandi nunc ⁊ spacia
⁊ sacramenta circuiere. Nam ⁊ mane orandum est. ut resurrectio dni matutina
oratione celebretur. quod olim spiritus designabat in psalmis dicens. Rex meus
⁊ deus meus. quoniam adte orabo domine mane exaudies uocem meam. mane astabo tibi
et conplabor te. Et iterum per propham dns loquitur, diluculo uigilabunt
ad me dicentes. eamus ⁊ reuertamur ad dnum dm nrm. Recedente sole ac
die cessante necessario iterum orandum est. Nam quia xpus soluerunt est ⁊ dies